



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm Eloquentiæ,

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

Tympe, Matthäus

Coloniæ Agrippinæ, 1650

LXXVI. Laus temperantiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38994

*Est unicum
& presens
afflictis &
calamitosis
remedium.*

Esa. 30. v. 18. quia (ut ait Aug. in Psal. 133.) spes nostra tam certa est, quasi iam r̄ perfecta sit, neq; enim timemus promittente veritate.

TERTIUS, Ingenti nos perfundit gaudio, & consolatur nos (*Rom. 12. v. 11. Heb. 6. v. 18. Syr. 2. v. 9.*)

QUARTUS, Præbet invictum robur animi in adversis, quale apparuit in Martyribus, qui sola spe remunerationis æternæ fulti, acerbissima tormenta sustinuerunt (*Psal. 25. vers. 1. 12 4. v. 1. Esa. 30. v. 15. 40 & 31.*)

QUINTUS, Arcet, ac deterret hominem à peccatis (*Psal. 31. v. 23.*)

In EPILOGO hortaberis Auditores, ut spem suam alant, augeant, & communiant bona Conscientia, (*1. Ioan. 3. v. 21. 2. Cor. 1. v. 12.*) Patientia, & voluntaria susceptione afflictionum pro nomine Christi (*Rom. 8. v. 17. Heb. 10. v. 35.*) denique imploratione divinæ opis (*Iac. 1. v. 5. 1. Ioan. 5. v. 14. Luc. 11. v. 2.*)

LXXXI. LAVS TEMPERANTIÆ
seu frugalitatis.

*Vide Auver
lib. P. Leon.
Lestii de So-
brietate. Hy-
giasticon vo-
cat.*

EXORDIUM à deploratione nostrorum temporum, quod eo devenerint multi homines, ut barbarorum mores quàm proximè sectari, arbitrentur esse pulcherrimum. Ut enim Barbari eos solos viros censebant, quibus vorandi plurima & bibendi esset facultas: ita nostra ætate sunt complures, quibus in animo vix alia est cogitatio quàm de abdomine cibus & poculis infarciendo, ingurgitandoque.

PROPOSITIO: Te igitur è contrario Auditoribus Temperantiam commendaturum.

CONFIRMAT. I. LOCUS à dignitate, quam inde convinces. PRIMÒ, quod non modò à Philosophis, verùm etiam à SS. Patribus refertur inter quatuor Virtutes Principales, quas Patres vocant Cardinales, quod sint quasi omnium aliarum virtutum

tutum fontes & cardines, & quemadmodum ostium in cardine, sic omnis honestæ vitæ ratio contineatur in illis. SECUNDÒ, quod hæc virtus (ut & cæteræ tres) inter divina dona numeratur. S. Bern. Serm. 22. in cantica, vult eam i. Thess. 4. v. 3. vocari sanctificationem. TERTIÒ, quod natura suadet frugalitatem, quæ paucissimis est contenta.

II. à necessitate, quæ inde comprobatur. PRIMÒ, quòd eam nobis commendavit, ac mandavit Spiritus Sanctus in S. Litteris, ut Syr. 31. p. 19. 37. v. 32. *De consec. dist. 5.*
Eccl. Luc. 21. Cavete. SECUNDÒ, quia omne genus intemperantiæ Scriptura verat, ac damnat. *Val. Max. l. 2 de instit. antiq. Bona valetudinis quasi quada mater est frugalitas.*

III. ab utilitate, Syr. 31. v. 36 Exultatio animæ, & cordus vinum moderate potatum, &c.

S. Hieron. ad Jovini. Legimus quosdam morbo articulari & prodagra humoribus laborantes, proscriptio-
 ne bonorum ad simplicem mensam & pauperes cibos redactos convaluisse. Caruerant enim sollicitudine dispensanda domus & epularum largitate, quæ & corpus frangunt & animam.

S. August. ad factas Virgines: Sobrietas est mentis & sensus, membrorumque omnium corporisq; tutela, castitatis pudicitiaque munimentum, pudori proxima, amicitie pacisq; serua honestatiq; semper conjuncta, criminum atq; vitiorum omnium profuga.

IV. à sedissimis fructibus & commodis contrariorum vitiorum, gulæ, ebrietatis, comessationum omniumq; carnalium cupiditatum. S. Hieron. Ecclesia Principes, qui delitiis affluunt & inter epulas atq; lascivias pudicitiam servare se credunt, propheticus sermo describit, quod ejiciendi sunt de spaciosis domibus lautisq; conviviis, & multo labore epulas conquistis. Et si vis scire quo ejiciendi sunt propter malas cogitationes & opera sua, Evangelium lege: In tenebras exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium. An non confusio & ignominia est, Iesum crucifixum pauperem & esurientem faris predicare corporibus, & jejuniorum

De consec. dist. 5.
Val. Max. l. 2 de instit. antiq. Bona valetudinis quasi quada mater est frugalitas.
Non intelligunt homines, quam magnum vectigal sit parsimonie
dist. 35.
Prov. 20. Luxuriosiores vinum, &c.
Qui diligit &c. c. 21.
Nihil facilius quam secundum hanc virtutem naturæ

Pars I.

R

doctri-

convenienter
vivere.
Exempla
frugal. 5.
Tusc. disp.

doctrinam rubentes buccas tumentiaq; ora proferre, & c.
Idem Epist. ad Furiam: Nihil sic inflamat corpora,
& titillat membra genitalia sicut indigestus cibus ru-
tusq; convulsus.

V. à facil. Senec. ad Lucil. Epist. 21. Venter prae-
pta non audit, pascit, appellat: non est tamen molestus
creditor, parvò dimittitur, modo des illi quod debes, non
quod potes. Menander, ἡ κοιλία ἡγὴ πολλα Χαρῆν ἔχει
ὕλην, Venter & multa capit, & pauca.

VI. à tuto, quod frugali non sit metuenda ego-
stas.

In EPILOGO hortaberis Auditores, ut in hac vir-
tute se exercent, vitia contraria devitent.

LXXVII. CLANCVLARIOS CON-
cionatores ex Rep. Christiana esse
exterminandos.

Sacro sanctam Christi Ecclesiam, Auditores be-
nevoli, nunquam cessat, ab initio incipiens, ju-
ratissimus ille humani generis hostis ad ruinam om-
ni conamine impellere, & quidquid habet virtutis
potentiae, infidiarum, virulentiae contra eam ef-
fundere: atq; sicut hoc ipsū in sancta illa Sion, ad-
huc lactente, ac in cunis vagiente, potissimum per
Ethnicos, & à religione nostra alienos homines
est molitus; ita hac temporū faece, jam senescente
& ad finem properate mundo, idem multo validi-
us agit per domesticos, ideoq; pestilentiores illius
inimicos, hæreticos. Posteaquā enim furiosus hic
humani generis persecutor animadvertit, numerū
Christianorum inter saevas Rom. Principum per-
secutiones non secus augeri Martyriis, atq; vineæ
ad uberratem provocantur putatione: Remp.
Christianam vix ex atrocissimis persecutionum
vulneribus paulisper respirantē, novis insidiis op-
primere, vexare, atq; adeò inaudito quodam ge-
nere feritatis extinguere conatus est: novā vetera-
tor